



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Theoderico de Erinportze, qui reuoluto anno eodem die, eadem via,
mortuus est elatus, qua Philippus Rex eius industria fuerat introductus,
cap. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

uit, cum in ultionem Philippi Regis, quæ occiderat, ab Henrico Marschalco eius interficeretur, misericordiam quæsiuit, nec inuenit. Nō equum iudicium, nec a Deo præceptum, ut minor & maior culpa simili pœna plectantur. APOLLONIVS: Iam satis ex his didici, quòd Deus peccatum puniat secundum modum & qualitatem culpæ. CÆSARIUS: Hoc plenius scies in sequentibus capitulis, in quibus nostris temporibus euentissimè punire voluit vitium duplicitatis.

CAPVT XXVII.

*Duplici-
tatis pu-
nit & exē-
pla.*

Tempore schismatis, quod inter Philippum & Ottonem reges Romanorum, cum Colonienfes, tum propter obedientiam sedis Apostolicæ, tum propter iuramentum eidem Ottoni factum, fideliter assisterent, & multis damnis atque periculis subiacerent, quidam ex eis a fautoribus Philippi, ut dicebatur, corrupti sunt occultè: inter quos potior videbatur Theodericus de Erinportze. Per cuius astutiam tantum laboratum est, ut deserto Ottonè, Philippus in ciuitatem reciperetur. Ore quidem fuerat cum illo, sed corde cum isto. Die quadam, cum Philippus patronos ciuitatis, qui circumferebantur, sequeretur, ducebat idem Theodericus eum ad matronas, respiciens & dicens: Ecce dominæ iste est Rex meus, quem semper optaui. Mira dispensatio Dei, anno reuoluto, die eadem per eandem plateam mortuus efferebatur. Et cum in monasterio sanctimonialium, quod Piscina dicitur, esset sepeliendus, literis Priorum, quos nimis turbauerat, est prohibitus.

CAPVT XXVIII.

An te hos paucos annos, cum Petrus Cardinalis de Saxonia esset Colonia, Hericus cognomento Ratio, ecclesiæ sanctæ Mariæ ad gradus Canonicus, & causarum aduocatus peritissimus, & ad hoc eundem Cardinalem induxerat, ut eiusdem ecclesiæ canonicis præciperet, quatenus cuiusdã ciuis filium, nullo stipendio vacante, in fratrem & cõcanonicum eligerent. Quod cum illis visum fuisset absurdum nimis, nec acquiescerent, suspensi sunt a diuinis.

Iudi-